



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

304. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 149  
pœnitentis curiosè discernat, & secundùm  
hæc, ut sibi visum fuerit, singula quæque di-  
judicet. Quibusdam namque à cibis abstinen-  
do, aliis eleemosynas dando, nonnullis genua  
flectendo sæpius, sive in cruce stando, aut  
aliquid aliud hujusmodi, quod ad purgatio-  
nem peccatorum pertineat, faciendo, univer-  
sa necesse est errata corrigere. quæ universa  
in examine discreti debent pendere judicis.

De pœnitentibus. *Ex Concilio Africano.*

CCC I. Pœnitentibus secundùm differen- Halitgar. lib.  
tiam peccatorum Episcopi arbitrio pœnitentię 3. c. 1. 11.  
tempora decernantur. Concil. Car-  
thag. 3. c. 31.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCC II. Ut sacerdos pœnitentiam im- Halitgar. ibid.  
ploranti absque personæ acceptione pœniten- c. 1.  
tiæ leges injungat. Concil. Car-  
thag. 4. c. 74.  
Burchard. lib.

Ut pœnitentia conjugatis ex consensu detur. 19. c. 35.

*Ex Concilio Arelatensi.*

CCC III. Pœnitentiam conjugatis non- Concil. Are-  
nisi ex consensu dandam. lat. 2. c. 22.  
Burchard. lib.

*Ex Concilio Laodicensi.*

CCC IV. De his qui diversis facinoribus Concil. Lao-  
peccaverunt, & perseverantes in oratione dic. c. 2.  
confessionis & pœnitentiæ conversionem à Halitgar. lib.  
malis habuere perfectam, pro qualitate delicti 3. c. 15.  
talibus pœnitentiæ tempus impensum, propter Burchard. lib.  
clementiam & bonitatem Dei communio 19. c. 41.  
concedatur.